



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

Cap. I. De prænoscendis ante Confessionem.


urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

Examen III. De Peccatis Mortalib. cunctis. 295

illo tristatur, & quo ex charitate cum Deo, & ex amicitia Dei est gaudendum.

104. *Num possit Acedia esse venialis?* Cum Baldello iudicet ex indeliberatione posse esse veniale, non autem ex materiae leuitate, nisi accipiatur generaliter Acedia pro quacumque tristitia de bono spirituali, & ex quocumque motivo.

105. *An circumstantia Acedia sit in Confessione exprimenda?* Sentit Baldellus explicandum non esse necessariò: Sacrum omisi ex Acedia; sed sufficere, omisi sacrum, si Acedia generaliter accipiatur, quæ quidem peccatum in aliam speciem non trahit. At id minimè admissendum de Acedia specialiter dicta, quæ charitatis gaudio specialiter opponitur; quando enim adiungitur alteri alicui malitia in alia specie, & contra aliquod aliud præceptum, specialiter est in Confessione aperienda. Fatae tamen raro contingere, ut quis specialiter doleat, ac tristetur de bono suo spirituali, in quantum est bonum diuinum, & specialiter Acedia peccato delinquit.



E X A M E N III.

Cuncta peccata Mortalia recenso pœnitentem *Instru-*
instruens, quonammodo generali Confessioni, Genera-
aut particulari obseruare debeat siue ge- *lē Con-*
*nrales fidelis obligationes, siue status cuius-*fessionē.**
uis speciales euoluendo.

C A P V T P R I M U M.

De prænoscendis ante Confessionem.



*Venam in pœnitente dispositio sit necessaria ad §. 1.
Confessionem?* Potest hæc ex tribus explorari, *Dolor,*
scilicet ex dolore, ex proposito, ex integritate & pro-
positum.

2. *Quidnam circa dolorem adnotandum?* Affirmo, dolorem aliquem esse necessarium, qui saltem sit attrito cognita, vera quidem, non existimata tantum itavt excludat voluntatem peccandi, & includat propositum absolutum non pec-
T 4 candi

296 *Moralis Theologiae Tract. II. Peccata,*
candi formaliter, vel virtualiter; præterea supernaturalis &
proueniens ex principiis gratiæ, ex aliquo scilicet motu di-
uino & supernaturali.

3. *Quidam circa propositum?* Signum sufficiens pro dolore
est etiam pro proposito, nisi forte requiratur particulare
propositum ex aliqua restitutione facienda, vel occasione
proxima vitanda.

4. *Quidnam denique circa integratatem?* Omnia mortali
crimina tenetur confiteri in particulari, numerum recensem
viginti, v.gr. furta grauia commisi: vel si certus numerus
vestigari non potest, commisi viginti, aut viginti qua-
tuor, &c.

§. 2.
Exami- 5. *An necessaria ad integratatem Confessionis traxia exami-*
natio? Ita planè, vnde qui non accedit ad Confessarium pra-
missa conscientiæ discussione ita, vt sese periculo exponat
scientia. prætermittendi aliquod mortale, licet actu omnia aperiat,
sacrilegium committit. Id igitur tempus examini exhiben-
dum, quod alias graui negotio cuidam impendi deberet, iux-
ta tempus, memoriam, occasiones, discursum, periculum pro-
ducendo, aut contrahendo. Ut autem huiusmodi examen op-
portunius fieri valeat, opera pretium erit te mente voluc
præcipua mortalium criminum capita. In primo enim pra-
cepto peccatum mortale ex genere est, quod versatur circa
fidem, spem, & charitatem, Religiones, siue quoad excessum
dando cultum indebitum, vt Iudæi: auferendo debitum, &
tribuendo creature per idololatriam: Magiam, diuinationem,
obseruantiam, maleficium: siue quoad defectum commit-
tendo sacrilegium circa personas, res, loca sacra. In secundo
blasphemia, si pertineat ad Deum, perjurium, voti fractio,
est peccatum mortale ex genere, In tertio omissio sacri in
Festo, vel partis notabilis, vt tertiaræ, ieiunij diebus praec-
ptis, Confessionis semel in anno. Communionis in Paschate,
solutionis decimarum, Festi ipsius per opera seruilia viola-
tio est peccatum mortale ex genere: huc peccata contra
censuras referenda. In quarto non succurrere proximo in
necessitate corporali per eleemosynam, vel spirituali per
correctionem, quando adest cognitio moraliter certa de
peccato mortali proximi, & est pes emendationis, & op-
portunitas personæ, & temporis, est peccatum mortale ex suo
genere. Item deficere in honore debito, parentibus, & Su-
perioribus eos asperè tractando, spernendo, multa tristitia
afficiendo, desiderando iis malum notabile, non succurren-
do in necessitate, esset peccatum mortale. In quinto offendere

Examen III. De Peccatis Mortalib. cunctis. 297

dere proximum in vita, vel bonis corporis, est mortale ex genere. In sexto fornicatio, stuprum, incestus, raptus, sacrilegium, vitium contra naturam cum quatuor suis speciebus, mollitie, innaturalitate, Sodomia, bestialitate, quibus addi potest impudicitia, qua quis vacat tactibus libidinosis, absque intentione alterius operis consummati sunt mortalia ex genere. In septimo lacerare proximum in bonis externis, furto, contractu illico, v. gr. usurario, vel iniusto, est peccatum mortale ex genere. In octavo offendere eum verbis, v. gr. mendacio pernicioso, contumelia, detractione, maledictione, susurratione, irrisione, est peccatum mortale ex genere. Nonum & decimum praeceptum ad sextum & septimum reuocatur. Adde his quatuor capitalia peccata in praeceptis non comprehensa, scilicet superbia, gula, ira, inuidia. Profecto circa alia praecepta duo praecipue consideranda sunt; primo vis praecepti ex verbis adiunctis; si enim sit praeceptum diuinum, ponderanda sunt verba: nam si significant actionem esse dignam morte, excludere a Regno, esse execrabilem, & similia indicant esse peccatum mortale; secus si verba sint mitiora. Si praeceptum sit humanum, tunc consideranda sunt verba, an sint praeceptiva, an habeant adiunctam pœnam gravem ut censuram, mortem, amissionem bonorum, exilium. Denique si lex scripta non sit, habenda est ratio consuetudinis, traditionis, consensus Doctorum, luminis naturalis. Secundò consideranda est materia praecepti, an sit necessaria ad charitatem Dei, vel proximi: an laceratur virtus necessaria ad salutem, ut Theologicæ virtutes, Religio, Iustitia, &c. An noceat sibi grauiter in rebus spirituallibus, vel temporaliis. In eiusdem accurati examinis, seu discussionis conscientiae gratiam mente versanda sunt quæ a peccato mortali excusant. v. gr. leuitas materiæ, ut patet in furto: indeliberatio, defectus rationis inaduententia: consensus in parte inferiori, id est, rei malæ, ut habet rationem delectabilis, commodi, &c. non in superiori, id est rei malæ, ut cognoscitur esse contra legem Dei, prohibitam, &c, ignorantia probabilis, dispensatio iusta, praesertim in praeceptis humanis, & in nonnullis diuinis affirmatiis, ut voto, iuramento. Demum necessitas, & rationabilis causa, ut in furto, homicidio ex inculpatione, obseruantia diei festi, & similibus. Admonuerim excipiendum sextum praeceptum, in quo nec sanitatis, nec vita necessitas

T 5

excusari

298 *Moralis Theologiae Tract. II. Peccata,*
excusare potest: excipiendum item cultum idoli, periuium,
& si quæ alia similia reperiantur. Igitur post meditationem
criminum lethalium ex copia proxima elige quod deliq-
uis, additóque numero delictorum & in generali præcepto-
rum decursu & in speciali munerum obligatione sic te accu-
fare procura.

CAPUT II.

*Quoniammodo pœnitens proferre debeat crima-
lethalia contra decem Præcepta
Decalogi, & quinque
Ecclesiæ.*

§. 1. 6. **C**ontra primum præceptum Decalogi mortalia criminia
Manda- Grecense. Quinque modis hoc mandatum de diligen-
ti primi do Deo violauit. Primò circa fidem, dubitando, consentiendo,
praxis. seu exprimendo aliquo signo aliquid contra ipsam. v. g. de prouidentia Dei, animæ immortalitate, vita futura: ne-
sciendo necessaria ad salutem. Secundò circa spem despen-
sui, præsumpsi, Deum tentauit, spem totam in creatura reposuit.
Tertiò circa charitatem Deum odio habui ob legem
datam, vel pœnam inferni impositam, &c. non amando iati-
one debita, tempore debito in temptationis periculo, &c. Ties.
Quartò circa Religionem non oraui speciatim mortis
spiritualis, aut grauissimæ necessitatis proximi occasione:
Officium Canonicum omisi in sacris constitutus, aut Bene-
ficiarius: Sacrilegium in personis, in rebus, in locis Sacris
commisi toties. Quintò circa vitia opposita Religioni fidem
præstiti verbis, superstitionibus, vanis obseruantibus, vsus illis
ad malum, aut bonum finem tories.

§. 2. 7. **Q**uoniam lethalia peccata contra secundum præceptum
Manda- committuntur? Triplici ratione lethaliter deliqui. Primò cir-
tisecun- ca blasphemiam in Deum, Sanctos, creaturem blasphemando:
di. seu tribuendo Deo, quod non habet, seu auferendo, quod ha-
bet: seu tribuendo creaturæ, quod est Dei proprium: seu im-
precando Deo aliquod malum, vel turpia membra propria
vulgando appellatione. Secundò circa iuramentum, mendaci-
um cum iuramento protuli: dubitans de veritate: sine inten-
tione faciendi iuramentum emisi. Promisi facere quod
malum erat grauiter, & non facere quod bonum: indiscretè
&